

PISANA
Beatificationis et Canonizationis
Servi Dei **LUDOVICI COCCAPANI**
Christifidelis Laici ex Ordine Franciscano Saeculari
(1849-1931)

SUPER VIRTUTIBUS

«Cum Dominus veniet ad me vocandum ut illi rationem ministerii a me acti reddam, sepeliri cupio hic, in pago v. d. *Calcinaia*, communi in campo, inter pauperes meos cum quibus totam vitam traduxi».

Haec verba Servus Dei Ludovicus Coccapani, paucos dies antequam clauderet suum fecundum terrenum iter, enuntiavit. Is more francescano elegerat viam “sororis paupertatis” et vero pauperes fuerunt ii qui potissimum receperunt opus eius compassionis ac misericordiae dives.

Servus Dei die 23 mensis Iunii anno 1849 in pago *Calcinaia* apud Pisas est ortus. Post praecocem transitum parentum, una cum sororibus se trastulit in Pisas, ubi, ab anno 1864, Regiam Scholam v. d. *Normale* ad magistros parandos frequentavit, anno 1867 diploma adipiscens.

Adscivit igitur munus magistri ludi virilis secundi gradus, quod voluntarie reliquit anno 1869, cum crucifixa e scholasticis aulis remota essent. Anno 1872 nominatus est professor titularis Scholae Artis Docendae Calligraphiae et Supputatoriae. Praeceptione definitive relicta, ab anno 1878 ad annum 1882 exactor tributi cameralis apud Cameram Commercii Pisarum evasit.

Postquam et hoc opus confecit, ad caritatem et apostolicam actuositatem se dedit, vivens ex proventibus fratris, canonici Leonilli, et ex reditu quorundam familiarium praedium.

Anno 1894 participare incepit Societati “Conferentiae sancti Vincentii a Paolo” et, anno 1895, Societati sanctae Euphrasiae, cuius praeses evasit ab anno 1907 usque ad mortem.

Vita eius funditus consumpta est pro socialibus caritativisque operibus. Sustinuit operam pro missionibus fundatam a catholico ephemeride v. d. *Per il Bene*; auxilium dedit catechesi in paroecia sancti Andreae; adiuvavit comitatum auxilii civilis ac religiosi pro pueris parentum orbatis a bello; succurrit operi ad puellas tuendas, instituto a coniuge beati Iosephi Toniolo, scilicet Maria Schiratti Toniolo; se pollicitus est pro captivis, quamobrem illi meruit aeneum numisma laudi redemptionis socialis a Rege Victorio Emmanuele III largitum.

Die 8 mensis Decembris anno 1907 ad Tertium Ordinem sancti

Francisci in ecclesia sancti Francisci Pisanum accessit et post annum professionem emisit.

Ab anno 1916 ad annum 1917 socius fuit ac custos thesauri Societatis “Unionis Populari Catholicorum”. Anno 1918, honorem recepit Equitis Ordinis Pontificii sancti Gregorii Magni classis civilis.

Anno 1931 electus est praeses Deputationis sanctae Ubaldescae, patronae pagi *Calcinaia*.

Servus Dei prudens, affabilis ac iucundus fuit. Profundam habuit communionem cum Domino, altam precatione et translata in clara caritatis opera. Peculiari zelo se contulit ad infirmos, captivos et pueros parentum orbatos a bello curandos. Eundem cum dolentibus se fecit. Humilitas et sui oblivio illi fuerunt consentanea. Spiritualitas proprie franciscana impulsit eum ad plenam sui spoliationem propter proximi amorem.

Haec fuit indoles eius itineris sanctitatis: vita pauper, liberalitas ad alios famulandos et intima religiosa experientia. Eius propositum ecclesiale, quod se patefecit in eximia cura erga evangelizationem, vitam sacramentalem et catechesim, confectum est praesertim per missiones populares, institutionem catechetica atque iucundam precationem. A simplice ac prophetica caritate afflatus, diligenter ac amabiliter omnem curam in adiuvando homines plebis ultimae et reiectos profundit, etiamque in quaerendo subsidia et institutiones ut necessitatibus materialibus et spiritualibus familiarum ac iuvenum consentiret.

A gravi bronchopulmonitide correptus, mortuus est in pago *Calcinaia* die 14 mensis Novembris anno 1931.

Ob eius sanctitatis famam pervulgatam, Causa beatificationis et canonizationis apud Curiam ecclesiasticam Pisanam inita est per celebrationem Processus Informativi a die 21 mensis Aprilis anno 1949 ad diem 23 mensis Februarii anno 1965, cuius auctoritas et vis iuridica ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per decretum die 9 mensis Decembris anno 2005 probatae sunt. *Positione* confecta, die 25 mensis Martii anno 2014 locum habuit Sessio Consultorum Historicorum. Deinde disceptatum est, iuxta consuetudinem, an Servus Dei more heroum virtutes christianas exercuisset. Die 8 mensis Iunii anno 2017, prospero cum exitu, locum habuit Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria diei 30 mensis Octobris anno 2018, cui egomet ipse Angelus Cardinalis Becciu praefui, professi sunt Servum Dei virtutes theologales, cardinales iisque adnexas in modum heroum exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota

Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Ludovici Coccapani, Christifidelis Laici ex Ordine Franciscano Saeculari, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 7 mensis Novembris a. D. 2018.

ANGELUS Card. BECCIU
Praefectus

+ MARCELLUS BARTOLUCCI
Archiep. tit. Mevaniensis
a Secretis

PISANA
Beatificationis et Canonizationis

Servi Dei LUDOVICI COCCAPANI
 Christifidelis Laici ex Ordine Franciscano Saeculari
 (1849-1931)

SUPER VIRTUTIBUS

«Quando il Signore verrà a chiamarmi per rendergli conto del mio servizio operato, voglio essere sepolto qui a Calcinaia nel campo comune, in mezzo ai miei poveri con i quali ho trascorso tutta la mia vita».

Così si espresse il Servo di Dio Lodovico Coccapani pochi giorni prima di chiudere la sua feconda giornata terrena. Egli aveva francescanamente scelto il cammino di “sorella povertà” e i poveri furono i destinatari preferiti della sua azione ricca di compassione e di misericordia.

Il Servo di Dio nacque il 23 giugno 1849 a Calcinaia presso Pisa. Dopo la prematura morte dei genitori, insieme alle sorelle, si trasferì a Pisa dove, dal 1864, frequentò la Regia Scuola Normale per allievi maestri, diplomandosi nel 1867.

Ricevette poi l’incarico di maestro della scuola elementare maschile di secondo grado che lasciò per volontaria rinuncia nel 1869, quando furono tolti i crocifissi dalle aule scolastiche. Nel 1872, fu nominato professore titolare della Scuola tecnica per l’insegnamento di calligrafia e computisteria. Lasciato definitivamente l’insegnamento, dal 1878 al 1882 fu esattore della tassa camerale presso la Camera di Commercio di Pisa.

Terminato anche questo lavoro si dedicò alle opere di carità e di apostolato vivendo dei proventi del fratello, il canonico Lionello, e della rendita derivante da alcuni possedimenti familiari.

Nel 1894 entrò a far parte della conferenza di San Vincenzo de’ Paoli e, nel 1895, di quella di sant’Eufrasia di cui fu presidente dal 1907 fino alla morte.

La sua esistenza fu dedicata alle iniziative sociali e caritative. Sostenne l’opera delle missioni fondata dal giornale cattolico *Per il Bene*; collaborò alla catechesi nella parrocchia di Sant’Andrea; contribuì al comitato di assistenza civile religiosa agli orfani di guerra; diede una mano all’opera di protezione delle giovani, fondata dalla consorte del Beato Giuseppe Toniolo, Maria Schiratti Toniolo; si dedicò all’opera per la redenzione dei carcerati, che gli meritò la medaglia di bronzo al merito della redenzione sociale da parte del Re Vittorio Emanuele III.

L’8 dicembre 1907 aderì al Terz’Ordine Franciscano nella chiesa di

San Francesco a Pisa e un anno dopo emise la professione.

Dal 1916 al 1917 fu membro e tesoriere dell'Unione Popolare dei cattolici. Nel 1918, ricevette il titolo di Cavaliere dell'Ordine Pontificio di San Gregorio Magno classe civile.

Nel 1931 fu eletto presidente della Deputazione di S. Ubaldesca, patrona di Calcinaia.

Il Servo di Dio fu un uomo prudente, affabile e gioviale. Ebbe una relazione profonda con il Signore, alimentata dalla preghiera e tradotta in significative opere di carità. Si dedicò con zelo soprattutto ai malati, ai carcerati e agli orfani di guerra. Riuscì ad immedesimarsi nelle persone sofferenti. L'umiltà e il nascondimento furono i suoi tratti caratteristici. La spiritualità propriamente francescana lo spinse verso la spoliatura totale per amore del prossimo.

I tratti caratteristici del suo percorso di santità: vita povera, disponibilità al servizio degli altri e profonda spiritualità. Il suo vissuto ecclesiale, che si espresse nell'attenzione verso l'evangelizzazione, la vita sacramentale e la catechesi, venne da lui realizzato nell'opera delle missioni popolari, nella formazione catechetica e nella trasmissione della gioia della preghiera. Animato da una carità semplice e profetica, manifestò l'affettuosa cura verso gli ultimi e gli emarginati, nonché nella ricerca di mezzi e strutture per dare risposte ai bisogni materiali e spirituali delle famiglie e dei giovani.

Colpito da una grave forma di broncopolmonite, morì a Calcinaia il 14 novembre 1931.

In virtù della fama di santità, dal 21 aprile 1949 al 23 febbraio 1965 presso la Curia ecclesiastica di Pisa fu celebrato il Processo Informativo, la cui validità giuridica fu riconosciuta da questa Congregazione con decreto del 9 dicembre 2005. Preparata la *Positio*, il 25 marzo 2014 ha avuto luogo la Seduta dei Consultori Storici. Quindi si è discusso, secondo la consueta procedura, se il Servo di Dio abbia esercitato in grado eroico le virtù. Con esito positivo, il 1° giugno 2017 si è tenuto il Congresso Peculiare dei Consultori Teologi. I Padri Cardinali e Vescovi nella Sessione Ordinaria del 30 ottobre 2018, presieduta da me, Card. Angelo Becciu, hanno riconosciuto che il Servo di Dio ha esercitato in grado eroico le virtù teologali, cardinali ed annesse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia,

Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Ludovici Coccapani, Christifidelis Laici ex Ordine Franciscano Saeculari, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 7 mensis Novembris a. D. 2018.

ANGELUS Card. BECCIU
Praefectus

+ MARCELLUS BARTOLUCCI
Archiep. tit. Mevaniensis
a Secretis